

Beiheft.

S. 4

1255 Februar 24 Speier. Bürgerschaft des Rudolf von Barendorf. [6

Ruodolfus de Barendorf presencium inspectoribus credere subnotatis. Ad faciendam revendicionem villarum Tenebrete, Sulzpah, Wolvisheim pro trecentis marcis puri argenti et ducentis marcis Coloniensibus domino C. comiti Silvestri infra hoc subsequens triennium paratam pecuniam habenti dominus Henricus de Vlekenstein sororius meus se astrinxit; pro quo quidem eidem domino comiti observando ego sub testimonio domini G. (?) de Landisperc in manus ipsius comitis fideiussi; quod quidem sic factum esse, per presentes litteras sigillo meo et illius de Landisperc signatas confiteor et protestor, dans easdem litteras in testimonium veritatis. Datum apud Spiram anno Dominice incarnationis M.CC.L. quinto VI. Kalendas Marcii.

Orig. 2 Siegel; Lade 38, 2.